



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Continens Armamentarium Seu Panoplima Spiritualem - Id est, Varia arma
& media ad omnis generis tentationes fortiter sustinendas, & feliciter
superandas, Ad Omnium Quidem Animarum

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1688

Caput. VII. De Tentationibus Orphanorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48377)

CAPUT VII.

DE ORPHANORUM TENTATIONIBUS.

CXIV. **S**implicius honestus valde & bene educatus juvenis, sed pauper, post amissum intra paucos menses utrumque parentem, vehementer constitatur, eò quòd nec medià habeat vitam sustentandi; nec Amicos aut consanguineos, qui ipsi succurrere possint, & velint. Quare Pastori suo hanc suam necessitatem explicat, ab eòque solatium & consilium petit. Quæritur, quomodo hæc præstanda sint?

Responsio.

CXV. Inprimis illi ostendat, quantam curam DEUS erga Orphanos gerere promiserit, ita ut, teste S. Davide Psal. 9. adjutor eorum vocari voluerit: Orphano tu eris Adjutor: ut ad eò meritò Simplicius cum eodem Propheta Pl. 26. dicere possit: Adjutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me, DEUS salutaris meus. Quoniam Pater meus, & Mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. Id unicum proin curet, ut dignum se tanto Patre & Adjutore Filium per eximiam vitæ innocentiam ostendat, eumque in finem salutem S. Gregorii Nyss. de orat. adhortationem semper in mente habeat: Meminisse debemus, quia, quando Patrem DEUM dicimus, quasi Filii DEI agere debemus, ut, quomodo nos nobis placemus de DEO Patre, sic sibi placeat ille de nobis.

CXVI.

CXVI. Secundò ex occasione verborum illorum
 Pl. 146. *Qui dat jumentis escam ipsorum, & pascit
 corvorum invocantibus eum: narret illi, quod D. Ili-
 rus, & alii gravissimi Authores docent, nempe pasci-
 corvorum à parentibus destitui, quia, dum nascuntur
 candidi sunt, sive quia deplumes, sive quia pennas
 bicantes habent; unde clamantibus præ fame, Deus
 immittit muscas in ora ipsorum, sive vermiculos,
 alii volunt, per quos pascantur. Horretur ergo Simp-
 plicium, ut ipse quoque sedulò & ferventer invocet
 DEUM, sibi que illa Christi Matth. 6. verba applicet
*Respicite volatilia caeli. quoniam non serunt, neque metunt,
 neque congregant in horrea, & Pater vester caelestis
 pascit illa. Nonne vos magis plures estis illis?**

CXVII. Tertio illi ostendat, & in memoria
 revocet, quid Tobias Senior olim Filio c. 4. dixerit
*Noli timere, Fili mi. pauperem quidem vitam gerimus
 sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & ab-
 ceaserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.* Hæc
 ergo hæreditatem sibi quoque relictam à parentibus
 suis credat Simplicius, dicat que cum Propheta Pl.
*Funes ceciderunt mihi in præclaris, quia hæreditas mea
 præclara est mihi; nam Dominus pars hæreditatis meae,
 qui nihil deesse patietur timentibus eum, testatur
 Davide Pl. 33. qui etiam Pl. 36. testatur, neminem
 cum hac hæreditate relictum se vidisse: Junior suus
 enim senis: & non vidi justum derelictum, nec senem
 ejus quærens panem.*

CXVIII. Quarto denique illum hortetur, ut cogitet
 S. Augustino in Pl. 27. dicat: *Cognovimus aliam Pa-
 trem DEUM: cognovimus aliam Matrem feralem
 caelestem, quæ est Ecclesia, cujus portio peregrinatur*

terra. Relinquat nos Pater noster, & Mater nostra:
 Dominus nos suscipiat consolandos temporalibus, beati-
 ficando aternis. Clamet proinde cum eodem in solil.
 litudine ad DEUM: *Aperi aures tuas clamoribus la-*
rymarum Pupillarum tuorum, qui clamant ad te:
Pater noster, da nobis hodie panem nostrum quotidiana-
rum, in cuius fortitudine ambulemus die ac nocte,
usquequo perveniamus ad montem sanctum tuum.

CAPUT VIII.

DE CAPTIVORUM TENTATIONIBUS.

CXIX. **V**ariæ sunt horum captivorum tenta-
 tiones, sed quarum pleræque illis cum
 aliis afflictis communes sunt; duæ sunt præcipuæ,
 quarum prior ex infamia captivitatis, posterior ex ti-
 more damnationis ad mortem oritur, de qua utraque
 in hoc capite breviter est agendum.

§. I.

Tentatio I. Circa infamiam carceris.

CXX. **I**oachimus honestus admodum civis &
 mercator, cum propter Fallimentum alte-
 rius cuiusdam mercatoris gravem ad eum bonorum ja-
 cturam sit passus, ut solvere debita sua amplius non
 poterit, denique creditorum suorum importunis
 accusationibus victus, & in carcerem coniectus est:
 ex qua incarceratione quia gravissimam se infamiam
 incutisse sibi persuaserat, gravissimè affligitur, eò
 quòd ob vitæ honestatem ab omnibus sit æstimatus, &
 hono-